



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

459. An Capitulum succedat in iis, quæ Episcopo competunt jure speciali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

dicatone absolvit c. unic. de major. & obed. in 6. Statuta condit. c. cum omnes. de consuetud. Absolvere a juramento. c. ult. & penult. de suppl. negl. Pralatorum. de quorum singulis particulatim infra. Unde jam etiam, si succedat in jurisdictione etiam temporalis, poterit jam exercere non tantum in clericos seu personas ecclesiasticas, sed etiam seculares, in quas Episcopus decedens prater Episcopalem habet jurisdictionem temporalem, tam in causis civilibus quam criminalibus per alios (puta ministros suos) exercenda. Pirh. h. c. citans Quarant. in sum. Bullar. v. capit. sed. vac. s. ultimus. Diana p. 8. tr. 4. resol. 1. 6. citans Meroll. tom. 3. d. 7. c. 7. dub. 1. n. 9. Idque absque periculo irregularitatis, ut addit Diana loc. c. in fine.

Questio 457. Virum jurisdictione Ordinaria Episcopi tota transeat in Capitulum sede vacante?

Resp. Omnem administrationem, & jurisdictionem Episcopalem Ordinariam tam in spiritualibus, quam in temporalibus transire ad Capitulum sede vacante, & ab eo exerceri posse, exceptis iis, quae ipsum jus commune excipit, vel Pontifex specialiter interdicit. Pirh. cit. n. 44. Ventrigl. tom. 2. annot. 15. §. 2. n. 4. citans Dianam tom. 2. tract. 4. resol. 1. Meroll. ib. mor. p. 3. c. 7. dub. 1. n. 2. Garcias p. 5. c. 7. n. 4. Lortet. loc. cit. n. 28. & 29. ubi ea omnia generaliter & universatim, quae jurisdictionis ordinariae sunt, lex ipsa nuncupatim transfert in Capitulum. Unde jam tenenda dicta haec regula affirmativa, nimirum, quod tota illa jurisdictione Ordinaria transeat ad Capitulum, exceptis iis, quae jus commune excipit. Garc. Pirh. cit. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 3. §. 6. citans Rebuff. in pr. p. 1. de devolut. n. 58. Federico de Senis. cons. 30. ac dicens hanc opinionem valde convenire cum ipso jure. Ventrigl. loc. cit. Meroll. loc. cit. pluribus ampliatis, ac limitans dictam regulam affirmativam. Fagn. in c. h. u. quae de major. & obed. n. 49. & in c. cum olim. tit. eod. n. 2. citans Pavin. de off. & potest. sed. vac. q. 1. part. 1. principal. a. n. 3. Jo. Andr. in cit. c. cum olim. n. 5. Butt. n. 15. Abb. n. 3. contra Host. in sum. tit. ne sed. vac. §. 3. Archid. in c. 1. de major. & obed. in 6. apud Fagn. Lambert. de jurep. p. 1. l. 1. §. 2. n. 9. & p. 1. l. 2. §. 2. apud Ventrigl. confluentes in hac materia regulam contrariam negativam, nempe jurisdictionem mortui Episcopo non devolvi ad Capitulum, nisi in quantum invenitur permissum, vel ex indulgentia speciali, vel ex consuetudine praescripta. Proinde jam etiam jurisdictione hac, quam habet Capitulum sede vacante, est ordinaria tam in spiritualibus, quam temporalibus, quia jure communi eam habet, & ad universalitatem causarum. Azor. loc. cit. §. 7. citans gl. in c. 2. ne praesent. vices. Jo. Andr. in c. ult. de suppl. negl. pralat. in 6. Pavin. p. 1. §. 2. Verumtamen ad elucidandam magis dictam regulam affirmativam sit

Questio 458. Num ergo Capitulum succedat in jurisdictione Episcopi ordinaria tam contentiosa, seu necessaria, quam in ea, quae est voluntaria, & gratia?

Resp. In hoc non satis convenire AA. succedere capitulum in tota jurisdictione ordinaria tam contentiosa, seu necessaria, quam voluntaria, & hanc esse generalem juris regulam, quae solum sit limitanda in casibus a jure expressis, aut apud Garciam Suar. tom. 5. de censuris. d. 50. f. 5. n. 6. Item apud eundem aut Selva de benef. p. 2. q. 11. n. 4. Jus dicere, quod Capitulum succedat in jurisdictione, nec distinguere jurisdictionem contentiosam, seu necessariam, & voluntariam. Item apud eundem Garciam Nayar. cons. 4. 4. de tempor. vic. d. R. Leonensis Tract. III. De Capit. sed. vac.

nar. n. 1. & seq. & conf. 7. de filijs presbyt. resolvit. Capitulum succedere etiam in his, quae sunt jurisdictionis voluntariae. Item apud eundem tradit Pavin. loc. cit. p. 1. §. 5. posse dispensare Capitulum, si cur Episcopus, licet sit jurisdictionis voluntariae, in qua etiam succedat. Pro eadem sententia hac generaliter id affirmante citantur quoque ab eodem Garcia Guerrero in speculo. c. 41. Guttier. 99. con. l. 1. c. 11. n. 10. Rebuff. in pr. tit. de devolut. a. n. 38. Bortae de synod. p. 1. n. 42. & 44. Corat. de benef. p. 2. c. 7. n. 2. Quiataven. eccles. l. 1. c. 5. n. 6. & plurimi alii. Quibus adherere videtur Pirh. n. 45. ubi, quod Capitulum exerceat omnem jurisdictionem Episcopalem tam voluntariam quam contentiosam, licet nonnulli contrarium teneant, quod ad jurisdictionem voluntariam; sed minus probabiliter; cum secundum cavones tota jurisdictione ordinaria Episcopi sede vacante ad capitulum devolvatur & c.

Alii restrictius loquuntur, ut velint, quod in his, quae sunt gratiae, Capitulum succedat in tantum, in quantum a jure reperitur ei concessum. citatur pro hac opinione a Ventrigl. loc. cit. n. 6. addit ad Quarant. in sum. Bullar. v. sede vac. in princip. sic quoque ait Paris. de resign. l. 7. q. 23. n. 25. Capitulum sede vacante potest plurima de pertinentibus ad Episcopum, quae sunt jurisdictionis voluntariae, pro quo citat Jo. Andr. in c. unic. de major. & obed. in 6. Acque ita in hoc saltem valeat, & tenenda sit regula illa negativa; nempe quod jurisdictione voluntaria non nisi in his, quae ei a jure communi concessa reperiantur, ad illud transeat.

3. Alii absolute negant, succedere Capitulum in jurisdictione voluntaria. Fagn. in c. illa. ne sede vac. n. 13. ubi expresse: Capitulum sede vacante non succedit in jurisdictione voluntaria, sed in necessaria tantum; quia est necessarius & non voluntarius administrator, ut tenet gl. in Clem. 1. v. Capitulum de heret. (quam Felin. in c. cum olim. de major. & obed. n. 6. dicit communiter approbatam) Rota decis. 5. incipiente, si Episcopus n. 3. in novis. Nec succedit in his, quae sapiunt gratiam gl. in c. 1. v. praesentatos. de Institut. in 6. Et inde est, ut ait Fagn. n. 14. quod Capitulum non succedat in dandis indulgentiis. E contra vero, ut Fagn. n. 15. succedat in admittendis praesentationibus, & institutionibus faciendis; quia haec sunt jurisdictionis necessariae, & non voluntariae & c. Hanc sententiam sedari videtur Lortet. l. 1. q. 9. n. 47. aliquantulum tamen adhuc limitando, dum ait in Capitulum non transeunt, quae sunt jurisdictionis voluntariae, concernentia totam diocesim, pro quo citat Gemis. Plura de his infra ubi, quae possit Capitulum sede vacante in materia beneficii.

Questio 459. An Capitulum succedat in iis, quae Episcopo competunt jure speciali?

Resp. In iis, quae Episcopo competunt jure aliquo speciali, seu accidentali (etsi essent ex iis, quae sunt jurisdictionis, ut expresse Azevedo cons. 1. n. 3. apud Barbof.) non succedit Capitulum sede vacante. Lotter. l. 1. q. 9. n. 47. Barbof. juris eccles. l. 1. c. 32. n. 108. Sbroz de vicar. l. 1. q. 16. n. 1. & l. 2. q. 188. n. 5. & 6. ubi ex Felin. in c. cum omnes. de cons. n. 10. quod licet Capitulum sede vacante statueret possit tanquam successor Episcopi, quae competunt Episcopo ratione jurisdictionis, statueret tamen non potest super his, quae competunt Episcopo de jure specialis quia in iis non dicitur successor Episcopi. Ventrigl. l. c. n. 5. (ubi Capitulum succedere in iis, quae sunt jurisdictionis ordinariae, declaratur communiter procedere in iis, quae jure communi ad Episcopum spectant tanquam Ordinarii) & n. 7. Garc.

de benef. p. 5. c. 7. n. 38. citans Abb. in c. cum olim. n. 2. Felin. in c. cum omnes. de consir. n. 10. Rebuff. in pr. sit. de devolut. n. 68. n. 69. Coraf. Cuch. &c.

2. Limitat nihilominus responfionem Ventrigl. cit. n. 7. ex addit. ad Quarant. in sum. Bullar. v. sede vac. citato etiam pro hoc Meroll. loc. cit. n. 18. nimirum, quod si id, quod Episcopo competit jure speciali & accidentali, tribuat Episcopo novam jurisdictionem, non succedat in eo Capitulum, succedat vero, si id Episcopo novam jurisdictionem non tribuat, sed est annexio seu additamentum ad generalem Episcopi jurisdictionem.

3. Limitat eandem responfionem Pauld aliter Garc. loc. cit. n. 39. nimirum ut non succedat Capitulum in ijs, quæ competunt jure speciali, si sint ex ijs, quæ non competunt tanquam Ordinatio, seu ut Episcopo, pro quo citat Roman. cons. 506. n. 1. v. g. in causa feudi (de quo loquuntur Abb. & Felin) in quo non competit jurisdictione Episcopo, ut Episcopo, sed ut Domino Feudi; succedat vero in ijs, quæ etfi jure speciali competant, competunt tamen tanquam Ordinatio, & ut Episcopo, & ex jurisdictione Ordinaria, ut in jurisdictione, quam habet ex consuetudine (de quo quæst. seq.) vel etiam, quam habet ex decreto Tridentini, sess. 24. c. 6. de quo quoque pauld post. Porrd in specie de Pralato inferiore ait Pagn. in c. his qua. n. 39. non devolvi ab illo ea ad Capitulum, quæ jure speciali, puta privilegii, statuti, consuetudinis, præscriptionis ad istiusmodi pralatum pertinebant.

Questio 460. Num itaque succedat Capitulum in iurisdictione, quam Episcopus habet ex consuetudine, vel etiam ex privilegio?

R Esp. ad primum affirmativè, modo jurisdictione illa consuetudine acquisita competat Episcopo ut Episcopo. Pirh. ad tit. de major. & obed. n. 45. ubi regula generalis, quod Capitulum in exercenda jurisdictione Ordinaria Episcopi sede vacante succedat, extenditur, si ve ea ex jure communi competat Episcopo, si ve per consuetudinem acquisita sit; cum etiam competat Episcopo ut Episcopo. Garc. loc. cit. n. 40. citans Pavin. p. 1. q. 9. n. 7. Cuchum institutionib. major. l. 2. tit. 9. n. 85. Anton. Genuens. in pr. curia Archiep. Neapol. c. 85. n. 31. de cetero contrarium est, ubi potestas illa acquisita consuetudine non competit Episcopo ut Episcopo, qualis v. g. est potestas ex consuetudine competens Episcopo interveniendi alicui electioni, & de hac jurisdictione seu potestate censendi sunt locuti, qui contrarium tenent ut Sbroz de vicar. l. 2. q. 30. a. n. 3. quod jurisdictione, quæ de consuetudine competit Episcopo, non transeat in Capitulum, censet verius, & id tanquam verius defendi à Felin. in c. cum olim. n. 5. & maxime si consuetudo illa sit contra jus inducta, Ex quo Sbrozio illud quoque hic notandum, quod habet loc. cit. n. 8. ex Felin. loc. cit. quod quando additum non nascitur eadem viâ, quâ principale, tunc non judicetur idem, quod de principaliz prout etiam, quando est diversa ratio inter accessorium, & principale, ut Jason. in l. fin. ll. de condit. indeb. Decius in l. si pascenda. eod. de pac. quemadmodum non nascitur eadem viâ facultas, seu jurisdictione, quæ competit Episcopo de consuetudine, vel alio jure speciali, adeoque non sit tanta communio inter Episcopum, & Capitulum in his, quæ sunt de consuetudine, vel jure

speciali, sicut in ijs, quæ competunt de jure communi, ut Abb. in c. cum olim.

2. Resp. ad secundum quoque affirmativè, modo sint, quæ ex privilegio in perpetuum concessa, seu commissa sint Episcopis, ita ut in ordinariam eorum jurisdictionem transferant, quæ enim Episcopis jure speciali non merè delegato, sed ordinario competunt (qualiter ordinaria censetur potestas non collata intuitu personæ, sed dignitatis, seu officii in perpetuum Pirh. loc. cit. Ventrigl. loc. cit. n. 10.) succedit capitulum Pirh. ibidem citans Sanch. de matrim. l. 8. d. 2. contra Suarez de censur. d. 4. l. f. 2. c. 3. secus esse, si ve non tranfire ad Capitulum privilegia & immunitates concessas Episcopo ratione Ordinis, & dignitatis Episcopalis (quas refert gl. in c. ult. v. indulgemus. de privileg.) ait Ventrigl. loc. cit. n. 13. ex Pavin. & addit. ad Quarant. Porro talem potestatem specialiter indultam Episcopis transeuntem ad Capitulum sede vacante esse potestatem absolvendi, & dispensandi in casibus papalibus occultis, nec deductum ad forum contentiosum concessam Episcopis à Trid. sess. 24. c. 6. censent Pirh. loc. cit. Garc. loc. cit. n. 21. ubi, quod facultas loc. cit. à Concilio concessa Episcopo competat etiam Capitulo sede vacante; eod quod licet illa facultas competat Episcopo jure speciali dicti decreti, competat tamen ei jure communi, & ex jurisdictione Ordinaria ei tributa per dictum decretum, ac ita in terminis docere ait Garcias Aragonum 2. 2. q. 82. a. 12. concl. 5. Henric. in sum. l. 6. c. 16. §. 1. Rodriq. qq. regular. tom. 1. q. 61. a. 9. Sanch. loc. cit. Suarez de penit. d. 30. f. 2. n. 4. etfi contrarium doceat de censur. loc. cit. verum de hoc securius statuetur expensa responfione ad quæst. seq. Vide quoque dicta supra, ubi, num potestas competens Pralato ecclesia Collegiata transeat ad Capitulum, Pralatura illa vacante.

Questio 461. An Capitulum succedat Episcopo in iurisdictione delegata?

R Esp. In hac materia satis confusè loqui AA. plures. Primò in jurisdictione, quæ in perpetuum committitur, & delegatur à sede Apostolica muneri Episcopali, ita ut ex officio deinceps competat Episcopis, si ve ut deinceps successores omnes Episcopi admittantur ad dictam delegationem, succedere capitulum sede vacante, nisi aliud aliunde legitime colligatur ex mente delegantis, tradunt Barbof. jur. eccl. l. 3. c. 32. n. 107. Ventrigl. loc. cit. n. 10. citantes Molin. de just. n. 6. tr. 5. d. 1. n. 8. & 9. rationem addit Barbof. quia supposita perpetuitate hujus delegationis, per quam id, de quo actum fuerit, annectitur in perpetuum Episcopali muneri, non quidem principaliter in bonum Episcopi, nec tanquam ejus privilegium, sed in bonum eorum, in quos ea jurisdictione taliter delegata exercetur vel aliorum, & Ecclesiæ, sequitur, eandem jurisdictionem censendam esse ut accessoriam, imò ut partem totius jurisdictionis Episcopalis in communi, ac proinde ut talem tranferantur in Capitulum, in quod sede vacante transit per viam regulæ tota episcopalis jurisdictione. E contra non tranfire in Capitulum, quæ concessa sunt à Papa Episcopo sub nomine dignitatis, & consequenter etiam ejus successoribus delegatione speciali, seu tanquam delegata ad aliquam particularem tantum causam vel negotium, & quod ad hoc potestimum, nempe dum ad speciale negotium delegata